

bitum sibi restituat, considerans quām pericū
losum est habere, vnde reddere potest, & non
reddere, & sic ista petitio, et dimittit nobis &c.
non tantum de pecunia intelligitur: sed etiam
de omnibus, quo in nos quisque peccat, quod
quidem peccatum si non dimisces, non potes
dicere, dimittit nobis, &c. Hac ille. Septimō
debet homo iniurias, sibi a proximo illatas
libenter dimittere: quia aliter Deus sibi sua
peccata non dimittit, veritate dicente Math. 6.
Si dimiseritis hominibus peccata eorum, di-
mittet, & uobis pater vester coelestis debita
vestra: si autem non dimiseritis hominibus,
nec pater dimittet vobis peccata uestra. & si-
cūt Deus dimittens homini peccata dimittit
totaliter sine aliqua partiali exceptione, iux a
illud Math. 18. Omne debitum dimisi tibi. i.
omne debitum delicti & supplici, ad qd obli-
gatur homo pro peccato cordis, oris & ope-
ris. & eodem modo debet homo uolēs a Deo
veniam obtinere inimicos dimittere corde dil-
ligendo, ore pro eo orando, & opere sibi bene
faciendo, vnde Aug. & ponitur in can. 23. qd.
non oportet. In hoc (inquit) iubemur diligere
inimicos, & miseri eorum, ut de perditio-
ne eorum deleamus, & eorum fatidem deside-
remus, pro eorum correctione quotidie labo-
remus & oremus. penitentibus solatia impen-
damus, hoc est si de sua iniuritate penitens a
te veniam postulauerit. ostfēde, qd in corde di-
misisti solatia oris, & operis impendendo. Vn-
de Lu 16. Si peccauerit frater tuus in te inc-
epit illum, & si penitentiam egerit, dimitte illi,
& si septies in die peccauerit in te, & septies
in die conuersus fuerit dicens, p̄nitit me, di-
mitte illi. Et nedium si septies in die peccau-
erit, dimittere debes, sed toties quoties in te pec-
cauerit. Vnde Math. 18. legitur, qd Petro que-
rente a domino dicens. Quoties peccabit in
me frater meus, dimittam ei usque septies: Di-
xit Iesus illi. Non dico tibi usque septies: sed
usque septuagesies septies, vbi posset aliquis
quarere. Cur potius Christus dicit, qd dimis-
temus fratris septuagesies septies qd ceteris, octo-
gesies, uel sub alio numero determinato. Et
quantum ad istud respondit Aug. in de uestib
Domini, sermone. 15. vbi notat primo dictū

Apostoli ad Colos. 3. dicentis. Donantes vo-
bifmetipsis, si quis aduersus alium habet quer-
elan, sicut Deus in Christo donauit nobis
vbi patet, qd forma quam nos debemus serua-
re dimittendo offensam proximis, sumitur ex
forma fm quam Christus dimisit nobis pecca-
ta. Et hinc scribitur Mat. 18. in persona Chri-
sti. Oportet te misericordi conferui tui: sicut &
ego tui misertus sum: sed ante aduentum Chri-
sti omnes homines eum offendierunt ab Adā
vīq; ad Christum. excepto matre eius, a Chri-
sto vīque ad Adam secundū Lucam fuerunt
77. generations. Sicut ego Christus totius ge-
neris humani dimittere uoluit culpas, quae p.
77. generations incurrerunt, sic & homo on-
nes ius debet dimittere offensas, & hoc est se-
ptuagesies septies dimittere. hoc ille. Halpet
igitur vnuſquāque suam conscientiam, & ui-
deat, si inimicos tantum diligat, qd quantūcum
que sibi iniurianti fuerint, paratus sit uerē & li-
berē dimittere eis rite rogantibus veniam de
commisſis. Nam ut dicit Aug. in enchi. c. 5. 7.
Quisquis roganti peccati sui ueniam & peni-
tentia non ex corde dimittit, nullo modo existi-
met peccata sua a domino sibi dimitti. Quo-
niam mentiri ueritas non potest, quae cum do-
cuisset orationem dominicam in ea posita sen-
tentia qua ponitur. Dimitte nobis debita no-
stra, sicut & nos dimitti debi. nostris: uehemē-
ter commendauit omnibus dicens. Si dimis-
eritis hominibus delicta eorum dimittet & no-
bis pater uestra vester coelestis delicta uestra: si autem
non dimiseritis hominibus, nec pater uester
dimittet uobis peccata uestra hāc ille. Ex quo
patet, quid oportet omnem hominem saluan
dum fratris sui in ipsum peccantis si quis talis
fuerit misericorditer peccata dimittere. Sed
hic oritur dubiu, quomodo potest homo fra-
tris sui peccata dimittere, prefertim cum dicat
Amb. & po. 4. sen. di. 18. c. 4. qd ille solus dimis-
tit peccata, qui solus pro peccatis mortuus
est. Item Aug. Nemo (inquit) tollit peccata,
rūſus solus Christus, qui est agnus Dei tollens
peccata mundi. Hāc Aug. 8. po. in c. de con-
dif. 4. Nemo. Item Marci. 2. & Luce. 5. Quis
potest dimittere peccata, nisi iollus Deus. Irē
Bern. necesse est, inquit, primo omni credere,
quod